Gimnaſiarches chis.princeps in gimnaſio.ꝛ
dꝛ a gimnaſium ꝛ archos pnceps
Gimnaſiolū li.i. puū gimnaſiū vel puus lo/
cus ſtudij.vel puū ſtudium
Gimnaſiſta ſte cō.ge.luctator paleſtriſator. et
dicitur a gimnas dis
Gimnia nie.f.p.i.exercitiū qꝺ fiebat in gim/
naſio. Hec gimnitia tie.idem
Gimnicus ca cum.dꝛ a gimnas.vt gimnicus
ludus. Et eſt gimnicus ludus velocitas ꝛ vi/
rīū gloria. Cuius quinqʒ ſunt genera.ſ.ſaltus
curſus iactus virtus ꝛ luctatio.
Gimnos grece latine dicīꝛ nudus.ꝛ vertiꝛ in
latinū ꝛ dicīꝛ gimnus na nū.
Gimnoſophiſta ſte cō.p.i.doctor vel magiſter
in gimnaſio.ꝛ dꝛ a gimnos ꝛ ſophiſta. ꝛ inde
gimnoſophiſte dicti ſunt quidā phi qui nudi
p opacas indie ſolitudines ſolebant philoſo/
phari.adhibētes tm̄ genitalibus tegmina ad
modū iuuenuʒ qui nudi exercebanꝛ in campo.
Unde Hieronymus in epiſtola ad Paulinū
caplo.i. Vt gimnoſophiſtas ꝛ famoſiſſimā ſo
lis menſam videret in ſabulo.
Gine grece latine mulier dicīꝛ
Gineſeū pe. acuta.eſt loc⁹ vbi multe mulieres
puenīunt.vel eſt lupanar.vel textrinuʒ.qꝛ ibi
multitudo feminarū ad meretricanduʒ vel ad
opus lanificij exercendi cōueniunt. Inde gi/
nezearius ria riuʒ.qui vtiꝛ vel preeſt ginezeo.
vel textor in gineſeo
Genezearij ſunt qui pannos impiales texunt
inſerendo ſericum ꝛ aurū
Ginezeū etiā dicīꝛ locus vbi hec fiūt.vt.C.de
murileg.ꝛ ginezea li.xi.
Gingiua ue.eſt caro vbi dentes gignunꝛ.ꝛ dꝛ
a gigno gnis eo qꝛ ibi dentes gignantur. Inde
gingiuarius ria riū.quod ad gingiuā ptinet
Gion locus eſt vbi Salomon fuit inunctus.
Gipſū pſi.n.g.cognatū ē calci.ꝛ eſt nomē gre/
cū. Inde gipſeus pſea pſeuʒ.de gipſo exñs vel
ad gipſum ptinēs. Et gipſo ſas.i.gipſo linire
Inde gipſatus.i.gipſo linitus
Giraculū li.eſt illud cū quo pueri ludunt.qꝺ
in ſūmitate canne vel baculi voluiꝛ ꝫ ꝯ ventū
cū impetu deferꝛ
Girgillus li.m.s.dicīꝛ inſtrumentū femina/
rū.qꝺ alio noīe dicīꝛ volutoriuʒ. ꝛ dꝛ a girus
ri.qꝛ vertēdo in girū inde fila deuoluunꝛ. Fi/
lum enim de colo ducīꝛ in fuſum.a fuſo in ala/
brū vel traductoriū.ab alabro in girillū deuo/
lutoriū.a girillo in glomicelluʒ. a glomicello i
pannū.a panno in telā. Iteʒ girillus eſt lignū
mobile ex quo funis in puteuʒ cum ſitula di/
mittitur ad hauriendū aquam
Girouagus ga gū.i.erroneus inſtabilis circū
circa vagans.
Girus ri.m.s.ꝛ hoc girū ri inuenitur.i.circui
tus.curuus.corona.circulus.
Git. eſt genus leguminis ſil'e cimino in q̄nti
tate.ſʒ nigri coloris.ꝛ in pane dulcorādo ſpar
gitur. vt dicit gloſa Iſaie.xxvij. Vel vt dicūt
medici. Git calidum ꝛ ſiccū eſt in ſecūdo gra/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

du. Et eſt git herba que int̄ frumentū oꝛit̄ ⁊ ſemen nigrū. ⁊ quaſi triangulū facit. aliq̄ꝫtulam habēs amaritudinem virtutē hꝫ diſſoluendi. ⁊ cōſumendi.

## G ante L

Glabellus la lū. i. nudꝰ. ſine pilis. Inde hec glabella le. i. grana capitis. qꝛ nuda ē ⁊ ſine pilis

Glaber bꝛa bꝛū. i. lenis facie. imberb. ſine pilis curioſus. nudꝰ. vel timoꝛoſus. Vn̄ Augꝰ de ci. dei. Glabros inq̄t aut male barbatos videmꝰ.

Glabꝛio onis. m. g. i. caluus. vel imberbis. vel timoꝛoſus. ⁊ dī a glaber.

Glaciecula le. i. p̄ua glacies

Glacies ei dī quaſi gelaquies. i. gelata aqua. ⁊ dī a gelu ⁊ aqua. Inde glacialis ⁊ hē le. i. frigidus glacie plenus. De glacie dicit donatus. Mater me genuit eadem mox gignit̄ ex me.

Gladiatoꝛ oꝛis. m. t. dī qui gladio dimicat. ⁊ ē nomen cuiuſdā officij. qđ olim rome exercebat̄ in arena. Vn̄ hec gladiatura re. ars illa vel ludus ille. Et gladiatoꝛius ria riū. qđ p̄tinet ad gladiatores. vel quod exercet̄ a gladiatoꝛe. Vn̄ gladiatoꝛius. enſis. i. enſis gladiatoꝛis. ⁊ gladiatoꝛiꝰ ludꝰ qui exercet̄ a gladiatoꝛe

Gladius dij. m. s. i. enſis. pugio. mucro vl' ſpata. Gladius tn̄ generalit̄ dicit̄ enſis in p̄lio. Sed enſis ferrū tm̄ eſt. gladius ꝓ totꝰ. Pꝛo p̄ꝛie autē gladius dī q̄ſi guladiꝰ. qꝛ gulā diuidit. Nā cetera mēbꝛa ſecuri magis ſolēt truncari: ſed gladio collū tm̄. ⁊ ad hoc p̄mū factꝰ eſt ⁊ eſt etymo. Et ſcias q̄ mucro enſis ſpata ſūt ſynonima. Inde gladiolus li. p̄uus gladiꝰ. Gladiolus etiā dī quedā herba. qꝛ ſit folijs gladio ſilis tirſo cubitali. floꝛibus purpureis.

Glandicula le. i. p̄ua glans. ⁊ coꝛ. pe.

Glandioſus ſa ſū. i. glandibꝰ abundans.

Glandula le. f. p. ⁊ hoc glandulū li. idem. ſ. p̄s inteſtinoꝝ. vel nodus qui ſub cute naſcitur ex humoꝝ abundantia. ⁊ coꝛ. pe.

Glans dis. f. t. eſt fructus quercinū. Glādes etiā dicunt̄ maſſe plumbee facte ad modū glādiū que p̄ijciunt̄ cū fundis.

Glarea ree. i. argilla. ſ. terra humida. vel lapilli parui quos fluuius trahit. Vnde Job. xxx. Aut ſup glareā.

Glaucoma atis. qđ antiqui dicebāt / hec glaucoma me. i. macula in oculo. vel nebula. vel caligo oculoꝝ ⁊ obſcuritas. Vn̄ Plautꝰ. Glaumā oculis ſubijciemus en̄qꝫ ita faciemꝰ. vt qđ videt ne videat.

Glaucus ci. dī quidā piſcis. ⁊ dī a glaucū qđ greci dicunt albū. eo q̄ ſit albus. Inde glaucꝰ ca cū. i. ſplendidus. vt oculi glauci. i. ſplendidi habent eni candoꝛē admixtū viroꝛi. Et glaucꝰ a ū. i. ſubniger. Eſt eni glaucus coloꝛ ferrugineus ſubniger. Et glaucus viridis ⁊ flauus

Glaucus ḡ albus. ſplendidus. ſubniger. rubeꝰ flauus. viridis dī. quod glaucus dī albus vel ſplendidus. vel flauus. tractū eſt a greco. q̄ ꝓ glaucus dicit̄ viridis vel ſubniger. tractū eſt a glauco. qui dicit̄ deus maris. Nā coloꝛ maris viridis ⁊ ſubniger eſt. Inde glaucitas tatis. ⁊ hec glaucedo dinis.

Gleba be. f. p. i. durus. ceſp̄es cum herba. ⁊ dī a globus qꝛ ſit quaſi globus. Inde hec glebula le. ⁊ hec glebella le. di. ⁊ gleboſus ſa ſum. ⁊ inde gleboſitas tatis. Itē a gleba hic glebo onis. i. ruſticus. aratoꝛ.

Glicerin̄. f. s. p̄ꝛiū noꝰ mulierꝫ cā adulatiōis ⁊ blandimēti q̄dā diminutiōe impoſitum. vt mea glicerin̄ q̄ſi mea dulcicula. ⁊ dī a glica

Glyci vel glycon grece. latine dī dulce

Glirius ria riū. ⁊ gliricus ca cū. i. ſtupitꝰ. toꝛpens. ſomnolentus. qui multū doꝛmit.

Glirus ria riū. etiā dicit̄ đ glire factus. vel ad glirem p̄tinens.

Glis glirꝫ. quoddā genꝰ muriū qđ multū doꝛmit. ⁊ dī ſic. qꝛ ſomnus facit glires pingues ⁊ creſcē. Tota eni hyeme doꝛmiūt. ⁊ q̄ſi moꝛtui exiſtūt. eſtate reuiuiſcunt. ⁊ dī a gliſco cis. Aliq̄ etiā glis gliſſis. i. carduꝰ. q̄ alit̄ dī lapa. Itez a gliſco ſcis dī hec glis glitis. terra argilloſa. vn̄ Glis aīal glis t̄ra tenax glis lapa vocat̄. Ris primū. glirꝫ tenet altera. tertia gliſſis. Ris animal. tis terra tenax. ſis lapis vocat̄. Hic aīal. hec terra tenax. hoc lapa vocat̄. Sic genus ⁊ nomen cognoſcitur ⁊ genitiuus. Itē a gliſco cis hec glis glidis. i. muſa panis.

Gliſſoſus ſa ſum. i. lapoſus. vel lapa ſeu gliſſe plenus. ⁊ dī a glis gliſſis.

Gliteus tea teū. i. terreus. ⁊ dī a glis tis

Glitoſus ſa ſū. i. argilloſus. ⁊ dī a glis tis

Globus bi. m. s. ⁊ hic glomꝰ mi. ⁊ hec glomꝰ meris differūt. Glomꝰ merꝫ. ē coadunatio ⁊ glomeratio filoꝝ. Glomꝰ mi. illud idē vel circulꝰ Globꝰ ꝓo ē aliarū rerū coadunatio ⁊ cumulus Tn̄ pꝛopꝛie dī globꝰ quodlibet ſolidū ⁊ rotūdū. ſ. ſolida rotunditas hn̄s tres eq̄les dimenſiones. vt mundꝰ. Vn̄ mundꝰ dī pꝛopꝛie globoſus vel globatus. Vn̄ Martial'. Mundꝰ genitus ex q̄tuoꝛ elementꝫ. Ideoq̄ꝫ totus in modū ſphere globatus. Inde globoſus ſa ſū. ⁊ cōpatur. Inde globoſitas tatis.

Gloꝛia rie. i. frequēs fama cū laude. ⁊ dī a clarius q̄ſi claria a frequentia claritatꝫ. vl' dī glo



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ria quaſi glaurea.i.gerēs laureā.⁊ē etymo. Jn̄ glorioſus ſa ſū.⁊ cōparatur. Jn̄ glorioſitas tatꝭ Et cōponit̄. inglorioſus ſa ſū.qui eſt ſine gloria.i.triumphis.⁊ inglorioſus.imemor gl̄ie

Gloriola le.dimi.pua gloria

Glos glotis.f.t.i.cognata.ſ.vxor fr̄is. ſꝫ glos gloris.i.flos.ſed glos gloſſis.eſt lignū putridū. Vn̄ glos gloris flos ē. glotꝭ femina fratris Glos gloſſis lignū vet⁹ denocte ſerenū

Gloſa ſe.dr̄ a gloſſa qd̄ ē lingua. Et diſtat int̄ cōmētū gloſā trāſlationē ⁊ textū. Cōmentū expoſitio ē verboꝝ ĭncturā nō ꝯſiderās ſꝫ tm̄ ſenſū.defuit enī expoſitiōi ſn̄ie alicui⁹ libri ⁊ non ꝯſtructiōi lr̄e. Accipit̄ tn̄ qn̄qꝫ cōmentū largi⁹.ſ.pro q̄libet libro.⁊ tūc ſic diffinit̄. Cōmentū eſt pluriū ſtudio vl̄ doctrina in mēte habitoꝝ in vnū collectio. Gloſa eſt expoſitio lr̄e ⁊ ipſi⁹ ſn̄ie q̄ nō ſolū ſn̄iam ſed etiam verba attendit Vel gloſa dr̄ expoſitio ſn̄ie lr̄am ꝯtinuās ⁊ exponēs. Vn̄ dr̄ gloſa q̄ſi gloſſa.i.lingua.q2 tāq̄ꝫ lingua doctoris adeſſet ⁊ exponeret.ſic lr̄e exponende inſiſtit.⁊ ſenſuꝫ enucleat. Tranſlatio eſt expoſitio ſn̄ie ꝑ aliā linguam. Textus eſt liber ipſius doctoris continens tractatum ſine littere vel ſententie expoſitione. Et a gloſa dicitur hec gloſula le.i.pua gloſa.⁊ gloſari⁹ ria riū qui gloſat vel qui gloſatur

Gloſſa ſe.i.lingua.⁊ produ.ꝑmā. Vn̄. Oſſe caret gloſſa per quā frangunt̄ ⁊ oſſa. Jn̄ gloſſula.i.pua gloſſa

Gluten tinis.n.t.eſt terra tenax vtilis ad cōpages nauiū ⁊ alioꝝ vaſoꝝ.qd̄ ⁊ bitumē inis dicitur. Jn̄ glutineus nea neū.i. de glutine exiſtens vel ad gluten ꝑtinēs.⁊ glutinoſus ſa ſuꝫ.i.plenus glutine vel tenax

Glutinū ni.n.s.dicit̄ quicq̄d ꝯiungit.ſ.vinculū. Jn̄ hoc glutinariū rij.idem. Proprie tn̄ glutinū eſt illud tenax qd̄ fit de glutine ad aliq̄d liniēdū.⁊ cor.ti. Vn̄ in Aurora. Inuiſcat limus.ſic ⁊ ex glutino quodam.

Gluto onis.m.t.i.leccator vel deuorator

## G ante N vel O

Gnarus ra rum.i.ſciens.perit⁹.doctus.ſ.qui ex arte ſcit qualiter aliquid fiat vel ſit faciendꝫ vl̄ qualiter fieri debeat ſiue illud faciat ſiue nō. ⁊ dr̄ gnarus pro narus.⁊ apponit̄ g ꝑ ꝓthesin

Gnatus ti.i.filius quaſi generat⁹. Et hec gnata.i.filia quaſi generata.

Gnauus ua uū.dicit̄ pro nauus.⁊ apponitur ibi g ꝑ protheſin

Gnidus di.gnido inſula ē. de q̄ Actuū.xxvij Et vix deueniſſem⁹ circa gnidū

Gnoſtici q̄dā heretici q̄ ꝓpter excellētiā ſcie ſe ita appellare voluerūt. Animā naturaꝫ dei eſſe fingūt.deū autē eſſe bonū ⁊ malū ſuis dogmatibus fingentes

Golgotha ſyrū eſt.⁊ interpretat̄ caluaria.non ob caput vel caluitiū Ade qd̄ mentiunt̄ ibi ſepultū ſed ob decollationē dānatoꝝ. Vn̄ Johannis.xix. Hebraice golgotha.

Goliardi.bufones.ioculatores idem ſunt

Golias lie.propriū nomen cuiuſdaꝫ philiſtei quē interfecit Dauid.vn̄ Aurora. Exigu⁹ magnū vicit puer ille Goliam

Gomor menſura eſt antiqua continēs quinqꝫ ſextarios

Gorgon interpretat̄ terror

Gorgones quas fingūt poete meretrices fuiſſe crinitas ſerpentib⁹.que ſe aſpicientes ꝯuertebant in lapidē hn̄tes vnū oculum q̄ inuiceꝫ vtebāt̄. Fuerūt āt tres ſorores.ſ.Stenio.Euriale ⁊ Meduſa vnius pulcritudinis. Phorcynis filie vni⁹ oculi q̄ ita ſpectatores ſtupefaciebāt.vt etiā vertere eos putarent̄ in lapides Gorgones dicte q̄ſi george.i.terre cultrices.nā ge terra.orge cultura dr̄

## G ante R

Grabatū ti.n.s.i.reclinati capitis ſuſceptio.⁊ videt̄ componi ex gra qd̄ eſt caput.⁊ batin qd̄ eſt gradus.ſ.ad qd̄ gradimur vt ibi caput reclinemus. Genus lecti ē.⁊ produ.pe. Inuenitur etiaꝫ hoc grabatū pe.cor.ꝑ gremio. Vn̄. Pro gremio grabatū ꝑ lecto pone grabatū

Graculus li.auis quedaꝫ.⁊ dicit̄ a garrio is. Eſt enī loquaciſſimū gen⁹ aialis.⁊ vocib⁹ importunū.⁊ cor.cu.

Gradale lis.dicit̄ a gradus.q2 gradatim cantitur poſt rn̄ſoriū.ſm̄ Hugꝭ. Quidam tn̄ dicūt graduale lis

Gradarius rij.i.palefredus.⁊ dr̄ a grad⁹. Et eſt equus mollis inceſſus ſine ſuccuſſatura innitens ⁊ incedens. Et gradarius ria riū.quod fit gradatim

Gradatio color rethoric⁹ eſt.⁊ fit cū de p̄cedenti voce ſubſequēs format̄. q̄ſi ꝑ gradū vocū vt. Quid leuius fumo vel flāma flamē. quid flamine ventus. Quid vento mulier.q̄d muliere nihil.

Gradiuus ui.i.mars.⁊ dr̄ a gradus.q2 gradatim incedit̄ ad belluꝫ. Vel gradiuus a gradin dicit̄ qd̄ eſt vibratio haſte. Vel gradiuus dicitur quaſi craton diuus.i.potens deus

Gradus dus dui.dicit̄ illud per qd̄ aſcendit̄ ad altare.vel ad pulpitum.vel ad aliū locum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Gradus etiā eſt ſtatus. ꝛ ꝓprie dignitatiſ. Et
grad⁹ ē iter ordinatū. Jn̄ gradati. i. ꝑ gradus
Itē grad⁹ ſm̄ goff. ꝛ hoſti. in ſū. de. ꝯſan. ꝛ affi.
eſt quedā hītudo. ſiue diſtātia ꝑſonaꝝ adinui
cem cōſanguitate ꝛ affinitate ſibi ꝯiūctaꝝ fcā
collatōe ad cōem parētem Uel eſt vni⁹ ꝑſone
diſtātia ad aliā in linea cōſanguinitatis. vt. l.
i: cū ſe. §. vſqꝫ ad §. affinitatis.

Gramme. mes. grece latīe dicit̄ linea. vn̄ greci
dicūt hoc grāma tos. i. littera. Un̄ Theodol⁹
Grecoꝝ ꝑ:n⁹ veſtigat grammata Ladin⁹. Jn̄
grāmatus qui ſumit initiū legēdi. vel qui pa
ginās legere poteſt.

Grāmatica ce. vl' grāmatice ces. dr̄ a' grāma qḋ
eſt littera qſi lrālis ſciētia. nō a' ꝑma pte ſui. qꝛ
primo tractat de litteris. ſed ꝑ effectū. qꝛ efficit
litteratū. Unde ſic deſcribitur.

Grāmatica eſt ſciētia recte ſcribendi recte pro
nunciandi. recte conſtruendi gnara.

Gramen. inis. n. t. pōt dici q̄libet herba ꝛ dr̄ a
germino. nas. eo ꝙ germiet. ſicut robur oīs lig
nicutis. ꝛ ſpēs. qꝛ ſit firmiſſima. Spēcial'r tn̄
grāmē ē quedā herba q̄ naſcit̄ ex hūano ſāguie
Et etiā quedā alia herba q̄ etiā mortua recēti
herba renaſcit̄. ꝛ vulgo ita vocat̄. ꝛ dr̄ ſic quia
mltum germinādo multiplicet̄. Ul' dr̄ a ſitu
ſ. ab agro. qꝛ ꝑlimoꝝ agroꝝ ſit. Un̄ ꝛ ipm̄ gre
ci agreſte nūcupauerūt. Qn̄qꝫ etiā inuenit̄ ꝑ/
radice talis herbe. Jn̄ gramine⁹. a. ū. qḋ totū ē
ex gramine. vel qḋ ad gramē ꝑtinet. ꝛ grami/
noſus. ſa. ſum. qḋ gramine abūdat vt locus.

Grandeu⁹. ua. uū. pe. ꝓd. i. grādis. eui. ſ. ſenex
ꝛ dr̄ a grāde. ꝛ euū. Un̄ Jnnocēti⁹. lxxvij. diſt
Quicūqꝫ in verbō grandeuus ꝛc.

Grandiloquus. qua. quū: i. grandia loquēs.

Grandis. dis. cō. t. ꝛ hoc de. i. magn⁹ Sꝫ gran
dis ad corp⁹ Magn⁹ ad aīm referk̄ Jn̄ grāti/
tudo. dinis. ꝛ hec grāditas. tatꝭ. Et ꝯpoit̄ grā
dis. ꝑgrādis. tā grādis q̄ꝫ grādꝭ. i. valde grādꝭ

Grandiſonus na. nū. i. grandia ſonans.

Grandiuſcul⁹ la. lū. pe. cor. i. aliq̄ntulū grādꝭ

Grando dinis. dr̄ a granū eo ꝙ ſilitudinē gra
ni habeat. Jn̄ grandine⁹ nea: neū. ꝛ grandino
ſus ſa. ſum.

Granum ni. n. s. eſt generale nomē cuiuſlibet
ſeminis. ꝛ dr̄ a grandis qꝛ creſcēdo grande effi
citur: Per excellētiam tn̄ frumētū dr̄ granum
Jn̄ hoc granulū li. ꝛ hoc granellū li. dimi. et
hoc granariū rij. loc⁹ vbi granū reponitur.

Graphia phie. id ē ſcriptura. ꝛ dr̄ a graphos
id ē ſcriptor. Jtē graphi⁹ phij. ꝛ hoc graphiū.
phij. i. ſtilus cum quo ſcribitur in cera.

Graſſator oris. m. t. qui crudel'r agit latro. pre
dator ſeuiēs crudeliter. ꝛ homicida.

Grates. tm̄. f: g. i. gratie. Sꝫ grates deo agūt̄
Grā ꝓ hoibus. Sꝫ ſepe vnū ꝑ alio ponitur.

Gratia tie dr̄ a gratis. Et ē donū vel donatio
amor ꝛ dr̄ gratia qſi gratis data. Jn̄ hec grēla
le dimi. i. ꝑua grā Jnpe gratioſ⁹ ſa ſum. i. ple/
nus gratia Et dr̄ ꝓprie gratioſus qui pl⁹ vni
cuiqꝫ q̄ꝫ meretur tribuit.

Gratuitus ta tū. i. gratꝭ dat⁹ ꝛ habitus.

Gratus ta tū tria ſignat. Nā gratus. i. grāꝫ ꝑ
uans gratioſus acceptabilis placit⁹ Et grat⁹
i. memor bn̄ficij Et grat⁹. i. remunerat⁹ Et ꝓd
primā. Un̄ Orati⁹ Grata ſuꝑueniet que nō.
ſperabitur hora.

Grauaſcellus li. m. s. i. aliq̄ntulū grauis

Grauis uis con. t. ꝛ hoc ue dr̄ a grandis qꝛ q̄
grandia ſunt grauia ſolent eſſe Et eſt graue de
natura ſed grauidū de accidēti. i. fecūdicate vt
Arbor grauida pomis ꝛ mulier ḡuida fetu Itꝭ
graues dicim⁹ autēticos venerabiles Un̄ ꝛ ꝯ
temptibiles leues dicim⁹ Et dr̄ grauis ꝑ cōſi
lio ꝛ cōſtantia qꝛ non leui motu diſſilit ꝛ fixa
cōſtantie grauitate ꝯſiſtit Jn̄ hec grauitas tatꝭ
ideſt firmitas venerabilitas maieſtas ꝛ hec ḡ
uedo dinis.

Grauitas ex pōdere aī ꝛ ſententia cōſtat Sed
grauedo vel grauitudo corꝑis ē Jtē quita ho
mis etas dr̄ grauitas q̄ eſt declinatō a iuuētu/
te i ſenectutē nec dū ſenect⁹ ſꝫ iā nō iuuēt⁹ Jtē
grauis multa ſigt Un̄. Pond⁹ ꝑſona vir lec/
tio femia ꝑgnās. Qḋqꝫ moleſtat̄ dr̄ eē graue

Grauiſon⁹ na nū ꝛ Grauid⁹ ca cū ꝛ Grauilo
qu⁹ q̄ quū. i. grauia ſonans dicēs loquens. i.
ponderoſa moleſtia vehementia

Grecus ci fuit rex grecie. Jn̄ hec grecia cie ꝛ
hinc grec⁹ ca cū ꝛ grecalus la lū Jtē greci ꝺi/
uiſi ſunt in quiqꝫ ꝑtes Quidā dicūtur attici
quidā boetes q̇dā eoles q̇dā dores q̇dā iades
Un̄ ꝛ lingue grecoꝝ dicūt̄ q̇nqꝫ. f. attica boeti
ca eolica dorica iadica.

Gremiū mij. n. s. i. ſinus Jn̄ gremiolum li di
mi ꝛ gremioſus. a. um. ꝛ gremiatus ta tū qui
habet gremium.

Greſſus ſus ſui. i. paſſus vel pes vel veſtigiū
pedis ꝛ dr̄ a ḡdior Jtē greſſ⁹ ſa ſum pticipium

Greſſutus ta tum. pe. ꝓd. qui magnos habꝫ pe
des vel magnos facit greſſus.

Grex gis. m. t. differt ab armento qꝛ armentū
maioꝝ eſt animalium vt equoꝝ boum. Grex
minorum vt caprarum ouium.

Grillus li nomē habet a ſono vocis hic retro
ambulat terrā terebrat ſtridet vocib⁹ venat̄ ei
formicā Jn̄ h̄ grilletū ti loc⁹ vbi abūdāt grilli

Griphes.phis.maſ.g.vel griphe.phes. ē aīal
q̄drupes et pēnatū. Sūt em̄ griphes alites fe
re. ⁊ ſunt in oīb⁹ leonib⁹ ſīles p̄ter alas ⁊ faci
es. quibus aquilis ꝯueniunt. et multū eq̄s in/
feſtant et eis inimicant̄ adeo q̄ equitē armatū
cū equo in ſublime rapiāt. Uel ſm̄ Remigiū
Griphes ſunt aīalia terribilia ⁊ fortia. q̄ cor/
pus hn̄t leoninū pedes aūt ⁊ alas ⁊ roſtꝝ vt a
quila. iōq3 p terrā currūt vt leones. p aera vo/
Grip⁹.pi.i.ſupbus.ceruicoſ⁹. lant vt aues.
Uñ canens ſupbos et ignobiles gripos vo/
camus. q2 p̄ ceteris ſupbi ſunt.
Groſſus.ſa.ſum: i.rudis villan⁹. Jn̄ hec groſ
ſitas tatis. et hec groſſitudo. inis ⁊ hec groſſici
es ei. Et hic groſſ⁹: ſi. Et ſunt groſſi ficus ima/
ture inhabiles ad comedendū. ⁊ pp̄rie p̄mitie
que ad pulſum venti facile cadūt. Uñ Apoc.
vi: Sicut ficus mittit groſſos ſuos. cū a ven
to magno mouetur.
Grucula.le.dimi.i.pua grus.
Gruin⁹.na.nū. quod ptinet ad gruē.
Grumus mi.i.cumulus: aceruus. ꝯgeries Jn̄
hic grumulus.li. in eodē ſenſu. Itē grum⁹ vel
grumul⁹ d̄r ager a tumore. Et hec gruma.me.
cruſta que fit in lateribus dolij pp̄ter vinū. Jn̄
grumoſ⁹ ſa.ſum. et hec grumoſitas.tatis.
Grunda: de.f.p.i. inferior ps tecti capanea q̄
ſtillat aqua. Jn̄ hec grūdula.le.dimi. Et hoc
grūdatoriū.rij. idem q̄ grūda vel qd̄ ſtillat a
grūda. vł ſup qd̄ ſtillat. Et p ꝯpoſitō3 hec ſug
grūda de: qd̄ ē int̄ tectū. et parietē. vł ipa grū
Grus gruis. auis q̄dā. ⁊ d̄r a ſono voc̄ da.

G ante V

Guadia. debita cōſtitutio. Jn̄ guadiare.i.gua
diam ꝯſtituere vel guadiā firmare.
Guardia feuda ſunt que ꝯſtituūtur aliquibuſ
pp̄ter cuſtodiā rei dn̄i ꝯſtituentis.
Guardio. d̄r ille cui talis cuſtodia ē cōmiſſa
Uel d̄r guardian⁹. qui etiā ē ſupior inter frēs
minores cuſtodiens ꝯuentū.
Gubernio.onis.i.gubnator. ⁊ d̄r a guberno.
Guidagia. dicūtur q̄ dant̄ p ducatu vł ꝯdu/
ctu p terrā alicui⁹ vt ſecurius vadat. Sꝫ ga/
belle. dant̄ d̄ ꝯtribus. vt d̄ emptōe p emptorē.
Gula.le.f.p.i. anterior ps colli. Poſterior ꝟo
d̄r ceruix. ⁊ d̄r a gala. q2 illa ps colli ſolet eē cā
dida. vel d̄r a gutture. Jn̄ guloſus.ſa.ſuꝫ.i. lec
cator. ⁊ guloſitas tatis. Et cor.gu. Uñ Auro
ra. Cepas poſt manna turba guloſa petit.
Gulo.onis. ⁊ gulonus ni. ambo p leccatore.
Gulus.li. genus nauigij pene rotundū ad mo
dum gutturis.

Gumi.n.g.i.indecli. ē lachryma arborꝫ q̄ ē q̄ſi
gutta. ⁊ p̄mo gutta erit a ligno. ⁊ inde dureſcit
⁊ fit gumi. Jn̄ gumoſus ſa.ſum.
Gurdus.a.um.i.inept⁹ ſtult⁹: inutil̄. ⁊ īpꝛtu
nus ⁊ p̄cipue in comeſſationibus recipiendis
Gurges.gitis.m.t. pp̄rie ē loc⁹ altus ⁊ pfun/
dus in fluīe. Per tabinoſim tn̄ ponit̄ ſepe pro
mari vł p loco pfundo in mari quā tabinoſiꝫ
ſolent etiā autores eleuare p adiunctōꝫ epithe
ti iſti⁹. ſ. magn⁹ ⁊ alt⁹. vel vaſtus. vł ꝯſiliuꝫ ⁊
d̄r gurges a gurt̄. q2 ē q̄ſi gurt̄ fluis Et cor.pe.
in gtō. vñ Ouidius de arte. Quo mime cre/
dis gurgite piſcis erit.
Gurgulio.onis.f.t. quedā ps in ore. cui p̄rim
eſt rumē. cuius meatus ad os ⁊ nares ptendit̄
hn̄s viā qua vox ad linguā trāſmittit̄. vt poſ
ſit verba collidere. Itē gurgulio inuenit̄ p q̄/
dam verme q̄ comedit legumia. ſꝫ in hac ſigni
one debet potius ſcribi p.c.
Gurguſtiū.ſtij. cella modica vel dom⁹ paupū
anguſta ſecreta. ⁊ tenebroſa. Uel loc⁹ tabnarū
tenebroſus vbi turpia cōuiuia fiunt. Uel vbi
piſces mittūt̄. vel rete piſcatoriū. Uñ Job. xl
Nunq̄d implebis ſagenas pelle eius. et gurgu
ſtiū piſcium capite eius.
Gurgutin⁹.na.nū.i.ad gurgitē ptinens ⁊ d̄r
a gurges.gitis. et pdu.ti.
Guſtus us.ui. vn⁹ de quinq3 ſenſibus corpis.
Gutta te. ē aqua que ſtat ⁊ paꝝ fluit. Stillat
ꝟo que cadit. hic ſtillicidiū ſtilla cadēs. Sti/
ria em̄ grecū.i.gutta Jn̄ d̄r ſtilla dimi. Dū at
ſtat ⁊ pendet de tectis vł arboribus. q̄ſi gluti/
noſa gutta ē. vñ gutta q̄ſi glutta.i.glutinoſa a
glutine. dū ceciderit ſtilla. Gutta etiā d̄r que/
dā infirmitas. Itē guita ē q̄dā ſpēs aromati/
ca ſuauis odoris. guſtus aūt amariſſimi. ⁊ d̄r
alio noīe aroma. Uñ Eſt pluuie gutta ſpēs vł
aromatis extat. D̄r et ſepe paſſio gutta fore.
Guttoſus.ſa.ſum.i.guttis plenus.
Guttula le. dimi.i.pua gutta.
Guttulus.li. quidā minut⁹ piſcis.
Guttur.turis.n.t. ē ps colli. ⁊ d̄r a garrio ris. q̄
garrur. q2 inde garritus pcedit et pdu. p̄maꝫ.
Uñ Aurora. Qd̄ guttur tranſit nō ꝯpit̄ ibi.
Guttura ne.f.p.i. infirmitas gutturis. q̄ ſolet
cū inflatione gutturis euenire. Jnde guttur/
noſus.ſa.ſum. habēs talē infirmitatem:
Gutturniū.rij. quoddā vas aquatile in iferio
ri pte pforatū qd̄ inferi⁹ deguttat aquā.
Guttus.ti.m.s. genus vaſis vnguētarij. p bre
uitate a gutta dictus. Jn̄ hec guttū. gutti vn/
guentū in eodē re poſitū. Uñ Juuenal̄. Non
oppoſito pauidus tegit inguina gutto.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Guua vel guina. vas vitreũ vel cucurbita qđ ventoſa dr. ⁊ videt̃ dici a gula. quaſi guloſa in ſanguine accipiẽdo. Pap. ſo dr. Guua vas vitreuȝ que a latinis a ſilitudine cucurbite vẽtoſa vocatur. que aĩata ſpũ p igniculũ in ſup/ficiem trahit ſanguinẽ.

## H ante A

Abel interpretatur iuſtus vel luct⁹ q̃ noĩe pfigurabatur occidend⁹. Idẽ ⁊ vanitas. q2 cito ſolutus vel ſub/latus eſt vel ſubtractus.

Habena. ne. f. p. i. loꝝ ⁊ retinaculũ freni. et dr ab habeo. q2 ea habem⁹. i. retinem⁹ eq̃s. Inde habenat⁹. ta tũ. i. habenã hñs ł habena oꝛnat⁹

Habenula. le. dimi. i. p̄ua habena.

Habilis. lis. cõ. t. ⁊ hoc le. i. ad habendũ cõmodus. aptus. ⁊ opoꝛtunus. cõgru⁹. ⁊ cõpat̃. Iñ habiliter aduer. ⁊ hec habilitas. atꝭ. Et cõpo/nit̃ ihabil̃. i. nõ habilis Iñ ihabilitas tatis.

Habitabilis. lis. ⁊ hoc le. qđ habitari p̄t ⁊ dr ab habeo. Et cõpoit̃ inhabitabilis. i. nõ habi/tabilis. Et hoc habitaculũ: li.

Habit⁹ tus tui. i. q̃litas coꝛpis p applicatõeȝ aduenicẽs. difficile mobilis. Habitus ille ni/hil aliud ẽ q̃ȝ habilitas ad actũ. Itẽ habit⁹ eſt veſtimentũ. vt iſte mõach⁹ habitũ gerit mõa/chalẽ. Itẽ habit⁹. i. ſtat⁹ vł volũtas. vł appe/titus: vł act⁹ ſiue paſſio habẽdi. Itẽ habitus ẽ p̄ticipiũ de habeo. Itẽ habit⁹ ta. tũ. ponit̃ p pingui. Iñ hĩtudo dinis. i. ꝯpoſitõ coꝛpis. vł moles. vel pinguedo. Uel habitudo dr aptitudo. vł p̄prietas habẽdi. vł ꝯueniẽtia. Iñ ha/bitudinari⁹. ria. riũ. q̃ aliqua habitudiẽ ſe ha/bet ad aliq̃d. vł qđ p̄tinet ad habitudinẽ.

Haeriãni. quidã heretici ab haerio dicti ſunt hi offerre officiũ vł ſacrificiũ p defũctꝭ ſpnũt

Halitus. tus. i. odoꝛ vel ſpũs. ⁊ pdu. ha. Uñ Halitus eſt flatus alit⁹ nutritus habet̃.

Hamis. tis. m. t. i. fuſtis aucupabilis. ſ. p̄gula que ſuſtinet rete quo capiũtur fere. vł que le/uat rete in quo capiuntur aues.

Ham⁹. mi. m. s. ẽ ferrũ recuruũ cũ quo capiũ/tur piſces. ⁊ pd. p̄mã. ſȝ amo as. eã coꝛ. Unde Unã ſp amo c⁹ nõ ſoluoꝛ ab hamo Ham⁹ ec̃ ẽ macula loꝛice ⁊ pd. p̄mã. Iñ hamat⁹ ta. tũ: i. curuatus ad modũ hami vł vncinis circũda/tus. vł ſquamis ꝯtextus. Uñ. i. Reg. xvij. Et loꝛica hamata. Dr̃ em̃ ham⁹ aſſer ꝯclauis qui ſubtegitur terre in vineis ſub arboꝛib⁹ defen/dendis vł in domo circa ſcrinia ⁊ theſauros vt ſi aliq̃ fur ingrediatur eius pedib⁹ infigat̃ ſet ita fuerit dep̄hendatur. et ſic coꝛ. p̄mã.

Hara. re. qñ ponitur p ſtabulo poꝛcoꝝ aſpiratur. et coꝛ. p̄mã. ſed p altari pdu. p̄mã. ⁊ nõ a/ſpiratur: vides ſupꝛa in ara.

Haſta. ſte. f. p. ab aſtu dr. q2 aſtutũ querit dñȝ in ea vtenda.

Haſtifer. ra. rũ. qui fert haſtã.

Haſtiger. ra. rũ. i. haſtam gerens.

Haſtile. lis. n. t. pe. p. ponitur p lingno lãcee ⁊ p p̄te candelabꝛi a ſtipite directe pcedente.

Haſtiludiũ. dij. quidã ludus militũ cũ haſtꝭ. ſcȝ qñ equites currunt et frangunt haſtas.

Hauſtus tus tui. attractio. euacuatio. vł bibitio. Iſte hauſtus ẽ ius hauriendi aquã de pu/teo vicini cui eo inuito iure ſuitutis aſcribit̃.

Hauritoꝛiũ vł hauſoꝛiũ. n. s. dr loc⁹ de q̃ vel vbi hauritur. vł inſtrm̃ hauriendi.

Hauritoꝛius. ria. riũ. qđ p̄tinet ad hauriendũ

Hauſtra ſtre. f. p. qđ et hauſtrũ inuenit̃. i. rota hauritoꝛia. ab hauriendo aquas qđ etiã h̃ girgillus dr. quia in girũ vertitur.

## H ante E

Hebdoas. adis. pe. coꝛ. ẽ ſpaciũ ſepteȝ dieꝝ. et dr ab hepta. qđ ẽ ſeptẽ ⁊ doas qđ eſt dies. Et ſilr̃ dr hic ogdoas. adis. ſpaciũ octo dieꝝ ⁊ dr ab octo et doas.

Hebdomas dis. et hec hebdomada de. dr ab hepta gre. qđ latine dr ſeptẽ. q̃ſi heptomada. a numero ſeptẽ dieꝝ quoꝝ repetitione ⁊ mẽſes. et anni. et ſcl'a p̄agunt̃ Uñ Daniel. ix. Hebdomadas vna ⁊ coꝛ. do. Iñ hepdõadari⁹ ria. riũ qđ p̄tinet ad hebdomadã. Et h̃ hebdomada/ri⁹ rij. q̃ p hebdomadã curã gerit p ſocijs ſup cibarijs. vł in choꝛo officiũ fac̃. Et vt dr. Pap Hebdomada deberet ſcribi p. p. nã deriuat̃ ab hepta greco. i. ſeptẽ latine. ſȝ q2 apud latinos. p. añ. d. nõ repit̃ trãſit. p. in. b. Itẽ hebdoma/des etiã ſunt ꝯceptiones q̃ fiũt in mẽte q̃ p̄rim note ſunt oĩbus. vt Si de equalibus equalia demas. que relinquũtur ſunt equalia. p̄rim nota ſapientibus tm̃. vt in coꝛpoꝛea in loco non eſſe. Et declinatur hec hebdomas. adis. et pluraliter. hebdomades haꝝ hebdomadũ.

Heber fuit pnepos Sem. ⁊ interp̄tatur tran/ſitus. Et hec interp̄tatio ẽ myſtica. eo q̃ ab ei⁹ ſtirpe tranſiret deus. nec pſeueraret in eis tranſlata ad gentes grã Ex ipo em̃ oꝛti ſunt hebꝛei Ab heber hebꝛe⁹. bꝛea. bꝛeũ. qđ interp̄tat̃ trãſiens. vel trãſitus. vel tanſitoꝛ pp̄ter p̄dictam cãz. Uñ hebꝛei dicti ſũt quidã heretici. q̃ trãſitoꝛes. q̃ noĩe admonet̃. vt de peioꝛib⁹ ad me/lioꝛa tranſeant ⁊ p̄riſtinos erroꝛes relinquant

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf